



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Calceus sine toga non sumebatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**



X. Non diffiteor, mihi quondam placuisse doctorum hominum sententiam, qui inter *ὑποδήματα* & *σενδάλια* faciunt discrimen, quale exposuit maximus Salmasius, & elegantissimus Balduinus. Putabam, veteres Hebræos soleis usos, quamdiu mores aliarum gentium nondum erant imitati, sed seculis posterioribus, postquam cum Romanis intercederet commercium, etiam cum soleis usum calceorum invaluisse. Placebat etiam eorum ratio, qui Christum volebant *ὑποδήματα* prohibuisse, *σενδάλια* vero permisisse, quod vellet eos veteri inter Judæos usu soleis calceari, non vero calceis, quod pedum delicatius tegumentum erat. At dum hæc accuratius perpendo, longe aliter visum fuit. Eo tempore calceis cavis usos Judæos minime credo, ut *ὑποδήματα* calceum proprie dictum significaret, *σενδάλιον* vero soleam. Calceum proprium *togæ tormentum* Tertullianus vocat. Utique hoc verissimum esse, multa veterum loca ostendunt. Apud Romanos calceus sine toga non sumebatur. At, ut Calcei togæ pro-

Tert. de  
pal. cap. 5.



proprii, ita soleæ, vel crepidæ,  
 pallio & tunicæ. Nota est Ci- Cic. in  
 ceronis in Verrem increpatio: Ver. Act. 4.  
 Stetit, inquit, soleatus Prætor po-  
 puli Romani, cum pallio purpureo,  
 tunicaque talari. Hinc, uti certum  
 est, non togis sed tunicis usos Ju-  
 dæos, quomodo & ἡπαῖτες hic no-  
 minantur, ita quoque certum vi-  
 detur, soleas five sandalia eos ge-  
 stasse, non vero calceos, qui togæ  
 erant proprii. Quin nullum di-  
 scrimen inter ὑπόδημα & σανδάλια  
 agnoscendum esse jam dudum mo-  
 nuit magnus ille Desiderius Eras-  
 mus, eumque secuti Theodorus Erasm. ad  
 Beza, & Hugo Grotius. Quod Marc. 6.9.  
 sane verum est. Jam superius ob- Beza ad  
 servayimus apud LXX. interpre- Matth. 10.  
 tes voci ὑπὸ modo ὑπόδημα modo 10.  
 σανδάλιον respondere, & Josephū Grot. ibid.  
 in expositione legis de leviratu & ad  
 & ὑπόδημα vocat Essenorū σανδάλια, Marc.  
 ubi inter eorum instituta refert,  
 quod ἕτε ἰσθῆτας, ἕτε ὑπόδημα ἀντι-  
 στῆσαι πρὸς ἢ ἀλεργαζῆναι τὸ πρῶτερον:  
 Nec vestes, nec calceos, id est soleas,  
 mutant, nisi omnino ruptis prioribus.  
 Licet vero nullum inter ὑπόδημα